

re de consilientem, iudicantem, & præcipientem, quod ad prudentiam spectat: consilium autem ut prouidum, maturumque sit, diligentem inquisitionem, ac discussiōnēm requirit, sicut etiam iudicium, ergo ex natura sua Nouitiorum receptio maturam consultationem requirit. Adde ex D. Th. lo. cit. quod, elecio est appetitus preconsulati.

D. Thomas.

5 Prob. III. quia id disertis verbis imperauit B. Pater, in Regula enim 2. cap. 4. loquens de modo recipiendi Nouitios, ait, quod recipi debent prævia matura deliberatione, idemque repetit in Reg. 3. cap. 4. ybi nota illam dictionem matura, & in Reg. 4. quam seruamus, nimur in Correc. nu. 16. ait, ad ipsos vero superiores Prelatos, & eorum socios talium recipiendorum deliberatio spectabat: Deliberatio autem matura maximam consultationem requirit, nam deliberatio idem est, quod consilium, ut habet D. Th. opus. cit. & q. 29. de verit. ar. 8. ait, quod prudēs deliberatio requirit tempus; in eo, qui non est certus de re deliberanda, ut sunt Superiores in hoc casu.

6 Prob. IV. ex multis congruentijs, quas ad id adducit Seruat. de nouit. to. 1. Lect. 5. l. est, ne Marga-  
ritæ, Religiosi scilicet probatæ vita, ponantur ante porcos seculi. II. ne minime vocati imprudenter admittantur, & bona Christi Domini inimicis Crucis Christi tradantur. III. ne vinea Religionis fructifera inutilium palmitum commixtione efficiatur sterilis. IV. ne grex Religionis morbida pecude inficiatur. V. ne & ipsi habitum petenti iniuria inferatur, dum ip-  
sus humeris importabile pondus immittitur. VI. ne sentina Mundi Religionis sancta efficiatur, si quas, ille respuit immundicias, illa recipiat.

Sernatus.

7 Sed hic quæres i. quomodo cognoscatur, an pe-  
tens habitum ducatur a spiritu Dei, vel ab alio moti-  
vo mundano? II. cuius sit id examinare? Ad i. R. vo-  
cationem esse a Deo cognosci I. si adit in voluntate efficax desiderium seruendi Deo, quod causet in eo contemptum rerum mundanarum, de hoc ait Cassian.  
collat. 3. cap. 4. Ex Deo quidem est, quoties inspiratio que-

Cassianus.